

XL. *Forma sacramenti quod marinarii facere debent* (1).

Juro quod bona fide et (2) sine fraude (3) nauem et correda nauis, et hauere (4) quod fuerit in ipsa naui (5) cuius sum marinarius custodiam et saluabo. Et in uiatico (6) isto non furabor nec furari faciam ultra soldos quinque denariorum (7) paruorum in ipsa naui. Si uero per totum istum uiaticum (8) aliquem in ipsa naui, ultra ualimentum quinque soldorum denariorum paruorum, sciero defraudantem (9), ipsum quam cicius potero (10) patrono uel patronis ac (11) nauclerio, et ad (12) minus quinque de naulizatis, si tot fuerint (13) in ¶ ipsa naui, et A.199* si quinque non fuerint (14), illis qui aderunt (15), manifestare non tardabo. Et si sciero aliquam magagnam esse (16) in arboribus ipsius nauis, uel temonariis, aut temonibus uel antennis (17), ipsam magagnam nauclerio et peneso et quinque naulizatorum, si in ipsa naui tot (18) fuerint naulizati, et si quinque (19) non fuerint, illis qui aderunt, quam cicius propalabo (20). Similiter (21) si de saorna aliquid electum (22) fuerit extra nauem, postquam fuerit saornata, aduocatoribus communis, si (23) Uenecias intrauero, declarabo (24); et si ad alias partes iuero (25) in quibus (26) rector pro domino duce et commune (27) Ueneciarum extiterit (28), quam cicius potero

St. Tarr. 24.

(1) *Var. in Q: LI. Capitulum sacramenti quod faciunt marinarij.* —
(2) J. b. f. — (3) fraude quod — (4) correda et auere — (5) q. erit innaue — (6) uiazo — (7) uenetorum *aggiunto*. — (8) uiazum — (9) aliquem sciuero qui defraudabit ultra soldos V denariorum venetorum paruorum in ipsa naue — (10) cito poterro — (11) aut — (12) uel — (13) naulizatoribus, si tanti erunt — (14) erunt — (15) erunt — (16) si aliquam magnam sciuero — (17) uel timonarijs, timonibus — (18) penasio et quinque naulizatis, si tanti — (19) naulizati in ipsa naui, et si tanti — (20) erunt quam cicius potero dicam et manifestabo — (21) et *aggiunto*. — (22) saorna projectum — (23) aduocatore communis in — (24) manifestabo — (25) si ad p. a. ibo — (26) fuerit *aggiunto*. — (27) comuni — (28) e. *omesso*. —